

R. P.

MARTINI BECANI
SOCIETATIS IESV
THEOLOGI

OPUSCULORVM
THEOLOGICORVM

Tomi Quinque, Hac editione ab Authore
recogniti,

Quæ Opuscula quolibet tomo contineantur, ipsorum initia.
Index singularis prepositus demonstrabit.

TOMVS PRIMVS.



LVGDVNI,

Sumpt. ANTONII PILLEHOTTE,
 sub signo SS. Trinitatis,

M. DCXXI.

PERMISSV SUPERIORVM.

DEDICATIO.

se est dicere. Nota sunt passim Moguntie, Francofurti, Aschaffenburgi, & alibi: expressa in Ecclesiis, Collegiis, Cathedralis, Altaribus, Bibliothecis: celebrata apud summos, medios, infimos. Nemo ibi tam peregrinus, qui Vveberorum familiam, beneficentiam, dignitatem, per te auctam & confirmatam nesciat. Iam priuata quid persequar? Noui ego, norunt mecum Patres Moguntini, nouit vniuersa Societas quæ in his partibus est, quantus semper fautor & benefactor nobis extiteris, & nunc etiam existas. Atque utinam aliqua saltem ex parte, grati animi significationem exhibere fas sit. Ego sanè, cum aliter non possim, hac qualicumque chartacea testificatione, id prestare conatus sum. Et planè confido, non ingratum tibi fore conatum meum, præsertim cum aliud à me, propter meam tenuitatem, sperare non possis. Interea precor Deum Opt. Max. ut, te, Reuerendissime Præsul, & Ecclesie sue Catholicae, & florenti Vveberorum familie, & nostræ demum Societati, diu seruet incolumem: faxitque, ne tanti benefactoris nomen ac memoria, ex eorum animis, de quibus optimè meritus es, unquam elabatur: ac deinceps non modo per te, quamdiu nobiscum in terris victurus es, sed etiam per cognatum tuum, iuniorem D. Stephanum Vveberum, SS. Theologie Doctorem, & ad D. Virginis Scholasticum, qui tuis vestigiis fortissimè insistit, diuini nominis sui gloriam propagare dignetur. Amē. Moguntie, Anno Christi 1610. Mese Iulio ineunte.

Amplissima & Reuerendissima tue D. Seruus
in Christo addictissimus, qui suprà.

MARTINVS BECANVS.

Est, cub hoc deat logi. & tari cont sint l staru uiter Pri ros n bus f sed it stranc Theo stum. tibus uæ ta profu Chary quam fumus tranaf

P R Æ F A T I O.

L E C T O R I.

DE tribus respondebo tibi, Beneuole Lector, quæ ex me fortè sciscitaberis Primū est, cur, cū tot tantique viri, suis scriptis & lucubrationibus Theologiam illustrarint, ego hoc labore, utpote superuacaneo, non superse-
deam? Alterum, cū multæ sint partes Theo-
logiæ, cur aliis prætermiſſis, eam potissimū tra-
ctarim, quæ de fidei, ac religionis controuersis
contra Sectarios luctatur? Tertium, cū variæ
sint Nouatorum Sectæ, cur solam ferè Caluini-
starum oppugnandam susceperim? De his bre-
uiter sic accipe.

Primū fateor, multos graues ac eruditos vi-
ros non modo hoc nostro, sed etiam superiori-
bus sæculis, non parum Theologiam illustrasse,
sed ita tamē, ut aliis nequaquā ad eandem illu-
strandam præclusus sit aditus. Nam hoc mare
Theologicū, ut sic dicā, tam vastū & inexhau-
stū est, ut tametsi cōplures succedētibz æta-
tibus cōtrouersia disceptatæ ac sopitæ sint, no-
uæ tamen identidem suboriantur; & quo quis
profundiùs in id se dimiserit, eò profundiores
Charybdes & difficultates experiatur. Nec vn-
quam futurum est, quamdiu in hac vita mortali
sumus, ut vnus aliquis profiteri audeat, se ita
tranasse, ac peruestigasse hoc pelagus, ut omnes

P R Æ F A T I O.

elius sinus ac latebras penitus habeat exploratas. Cur ergo aliis post alios non liceat, in tā pio studio & inquisitione operā collocare? Accedit quòd non omniū sit idē tractandi modus. Alius hanc, alius illā in scribendo sequitur methodū. Hic brevis, ille diffusus est: hic lucem sectatur, ille obscuritatē: alius hoc, alius illo stylo utitur. Et sicut in ipsis Scriptoribus, sic etiā in Lectoribus varietas est. Hic isto, alius alio Scriptore delectatur, prout quisq; affectus est. Ut ergo pluribus satisfiat, plures in scribēdo occupari necesse est. Denique ut nihil aliud sit, aliquid certē agendū est, ne otium obrepat. Et quid, quāso, homine Christiano dignius, quā in iis quę de Deo & diuinis mysteriis sunt, assiduo labore ac studio versari? Si Grammaticos, Historicos, Medicos, Iurecōsultos meritò laudamus, quòd in suo quisque studio, ad vitandum otium ac fociordiam, industriæ aliquid ponit: quanto magis Theologos, qui in altiori, sanctiorique occupatione defixi sunt? Hoc ad primam quæstionem.

Iam, cū quatuor sint Theologiæ partes, quarum prima in simplici & accurata sacrarū Scripturarū expositione; altera in tractatione subtiliū & scholasticarū quæstionū; tertia in casibus cōscientiæ enodādis; quarta in controuersis fidei ac religionis discutiēdis versatur; cur prioribus relictis & quasi repudiatis, hanc postremā potissimū sectatus sum? Dicā paucis, Singulæ

Per

per se
 ctator
 in scho
 subtili
 sus fur
 in fide
 ideo p
 pore r
 dios h
 mur; n
 nouis
 sti inu
 filij &
 pertin
 ramus
 curi, si
 vastar
 vel ot
 distin
 cū pa
 pestile
 cas su
 troue
 gener
 Bona
 præcl
 differ
 res in
 pend:

P R A E F A T I O.

per se vtilēs sunt: singulæ suos patronos & sectatores habent. Nec vllā sanè ego fastidio. Imò in scholis multos iā annos, Scholasticā, quæ in subtilibus quæstionibus cōsistit publicè professus sum, & adhuc profiteor. Postrema tamē, quæ in fidei ac religionis controuersis occupatur, ideo potissimū à me delecta est, quòd hoc tēpore magis necessaria sit. Versamur inter medios hæreticos; à dextris & sinistris oppugnamur; nouę quotidie Nouatorū sectę succrescūt, nouis machinis ac molitionibus Ecclesiā Christi inuadunt: Et nos, qui Catholici, qui Ecclesiæ filij & alūni sumus, quasi nihil ad nos hæc cura pertineat, aliò studium ac laborē nostrū trāsferamus? Et cū illi profligandi essent, nos quasi securi, sinamus eos quotidie proficere, Ecclesiam vastare, salutem multorum impedire; & interea vel otio, vel certè aliis rebus minimè necessariis distineamur? Non decet. Superioribus ætatibus cū pax in Ecclesia floreret, nec vlla hæresi aut pestilēti errore discerneretur; licebat scholasticas subtilitates perscrutari, & relictis fidei controuersis, quæ tunc nullæ erant, alio studiorum genere ingenia exercere: quod sanè D. Thomas, Bonauentura, Scotus, Durandus, & alij similes præclarè præstiterunt. At nunc, cū tot sectis ac diffensionibus turbata sint omnia, tot Nouatores importunè se ingerāt, & ad Ecclesiā discernendā parati sint; planè necesse est, vt in hac pa-

P R Æ F A T I O.

læstra nos exerceamus, & magno conatu ac zelo, quem Christiana professio à nobis exigit, opponamus nos murum pro domo Dei. Hoc spiritu excitati sunt nostra ætate Bellarminus, Canisius, Valentia, Possevinus, Busæus, Gretserus, Serarius, Heysius, Mulhusinus, Tannerus, Scribanus, & alij cōplures; qui variis libris ac controuersis editis, Catholicam veritatem defenderunt, & omnibus Sectariorum copiis strenuè sese opposuerunt. In eorum numerum, tametsi par illis non sim, omninò associari cupio.

Sed, quæ tertia quæstio est, cur ex tâta Sectariorum turba, Calvinistas potissimùm aggressus sum? Responsio in promptu est, Calvinistæ cæteris sunt pestilentiores; triplici de causa. Primò quia maiori proteruita & audacia nos inuadunt. Secundò, quia turbulentiora habent ingenia. Tertiò, quia faciliore parant aditum ad atheismum. Hoc facile constabit ex subiecto Indice, quo summam complexus sum eos Calvinistarum errores, qui in hoc tomo à me refelluntur. Eâ tamen modestia in illis refutandis sum usus, ut iure de me queri non possint. Tametsi enim seriò, ut hominem Christianum facere par est, eorum errores & vanitates persequi conatus sim; id tamen sine strepitu verborum & conuitio à me factum est. Habes, Beneuole Lector, quæ volebas. Æqui bonique consulas, rogo.

INDEX

I N D E X



OPVSCVLORVM, QVÆ
I N H O C T O M O
C O N T I N E N T V R.

1. **D**E Prædestinatione Calvinistarū desperata. p. 1.
2. **D**E Prædestinatione Catholicorū orthodoxa. p. 69
3. De Authore Peccati, seu, an alius sit Calvinistarum,
alius Catholicorum Deus? p. 98
4. De Iustificatione Calvinistarum. p. 181
5. De Iustificatione Catholicorum. p. 264
6. De merito ac iustitia bonorum operum secundū
Calvinistas. p. 282
7. De merito ac iustitia bonorum operum secundū
Catholicos. p. 325
8. De auxiliis gratiæ Christi secundū Calvinistas. p. 350
9. De auxiliis gratiæ Christi, secundū Catholicos.
p. 367.
10. De Circulo Calvinistico, contra Davidem Pareum,
cum Appendice. p. 386
11. Quæstiones Calvinisticæ, cōtra eundē Pareū. p. 418
12. Aphorismi Doctrinæ Calvinistarū, cū breui Respon-
sione ad Aphorismos falsò Iesuitis impositos. p. 446
13. De differentia inter Pelagianos, Calvinistas, & Ca-
tholicos, in negotio Prædestinationis. p. 504
14. De officiis Angelorum circa homines. p. 551
15. Brevis Refutatio quarundam propositiōnum Philip-
pi Plessæi Calvinistæ de Eucharistia. p. 656



I N D E X

ERRORVM CALVINIS- TICORVM, QVI IN HOC TOMO REFVTANTVR.

1.  *Eus est author peccati.*
2.  *Deus prædestinat homines ad æterna supplicia, sine vlla ipsorum culpa.*
3. *Christus non est mortuus pro omnibus.*
4. *Imago Christi crucifixi nullo modo in Templis toleranda est.*
5. *Sancti, qui dicuntur cum Christo regnare, sunt Larvæ, bestia, carnifices.*
6. *Homo non habet liberum arbitrium: sed omnia fiunt inenitabili quadam necessitate.*
7. *Peccatum originale non tollitur per Baptismum.*
8. *Nec reliqua tolluntur in Iustificatione, sed tantum teguntur.*
9. *Soli prædestinati habent fidem.*
10. *Sola fides iustificat.*
11. *Non datur vlla iustitia inherens.*
12. *Omnis nostra iustitia est imputatiua.*
13. *Omnia iustorum opera sunt peccata mortalia.*
14. *Lex Dei est impossibilis: nec ab ullo quantumvis sancto, hactenus seruata est, aut deinceps seruari poterit.*

15. *Peccata*

15. F

16. S

17. C

18. O

19. G

20. A

21. C

22. H

Hi 8

I N D E X.

15. *Peccata prædestinatorum nunquam imputantur: reprobis, nunquam remittuntur.*
16. *Soli prædestinati sunt in Ecclesia.*
17. *Gratia Dei non sufficit ad bene agendum.*
18. *Omnes filij fidelium sunt sancti ab utero materno: nec egent Baptismo.*
19. *Qui ex thoro illegitimo nascuntur, æternæ damnationi obnoxij sunt: nec ad Baptismum admittendi.*
20. *Augustinus duo tantum Sacramenta agnoscit.*
21. *Christus non aliter in Eucharistia præsens est, quam in Baptismo.*
22. *Hæc verba Christi, Hic est sanguis meus novi Testamenti: Et, Hic est calix novum testamentum in meo sanguine, habent hunc sensum, Hæc est mors, quam passurus sum pro vobis.*

Hi & similes errores in hoc Tomo refutantur,
reliqui reseruantur in sequentem
Tomum.

FACVL

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi.

Bartholomæus Iacquinotius, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, permittit ad sex annos proximos Antonio Pillehorte typis mandare, ac vendere Librum qui inscribitur. *Summa Theologia Scholastica, Authore R. P. MARTINO BECANO Societatis IESV*, Item Opusculorum Theologorum Tomos quinque, idque iuxta Priuilegium Regum Christianissimorum Henrici III. die 16. Maij 1583. necnon Magni Henrici IV. 20. Decemb. 1606. atque etiam Ludouici XIII. iam regnantis 14. Februarij 1611. eidem Societati concessum, quo Typographis & Bibliopolis omnibus prohibetur, nequis libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque Superiorum permissione imprimat, vel imprimi curet. Lugduni 7. Iulij 1620.

B. IACQVINOTIUS.

CONCESSIO.

Librum hunc, qui inscribitur, *Summa Theologia Scholastica, Authore R. P. MARTINO BECANO* è Societate IESV, & eiusdem Opuscula, Ego Aduocatus Regius typis mandari, demum in lucem exponi consentio. Lugduni 4. Septembris 1619.

BOLLIOVD.

Librum hunc, qui inscribitur, *Summa Theologia Scholastica, Authore R. P. MARTINO BECANO* è Societate, IESV, & eiusdem Opuscula ab Antonio Pillehorte Bibliopola Lugdunensi in lucem dari permittimus: simul ne quis citra factam ei potestatem denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni 4. Septembris 1619.

SEVE.

INDEX



INDEX

CAPITVM, QVÆSTIO-
NVM, ARGVMENTORVM

QVÆ SINGVLIS HVIVS

Primi Tomi Opusculis
pertractantur.DE DESPERATA CALVINI-
starum Prædestinatione.

OPVSCVLVM PRIMVM.

*Doctrina Calvinistica de Prædestinatione septem
propositionibus comprehensa.* pag. 1*Prima propositio Calvini refutatur.* ca. 1. p. 3*Secunda eiusdem propositio refutatur.* ca. 2. p. 17*Tertia item refutatur.* ca. 3. p. 32*Quarta etiam.* ca. 4. p. 40*Quinta quoque.* ca. 5. p. 44*Necnon sexta,* ca. 6. p. 49*Septima denique.* ca. 7. p. 56*Primum consecrarium discutitur.* ca. 8. p. 66*Secundum consecrarium explicatur.* ca. 9. p. 68*Epilogus.* p. 69DE ORTHODOXA CATHOLI-
corum Prædestinatione.

OPVSCV

I N D E X.

O P V S C V L V M II.

*Præter propositionem & Epilogum sex continens
capita. pag. 69.*

<i>Doctrina Catholicorum præconitur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Quid sit Prædestinatio & Reprobatio.</i>	<i>ca. 1. p. 70</i>
<i>Qui sint effectus Prædestinationis & Reprobationis.</i>	<i>ca. 2. p. 75</i>
<i>De causis Prædestinationis & Reprobationis.</i>	<i>ca. 3. p. 78</i>
<i>De certitudine Prædestinationis & Reprobationis.</i>	<i>ca. 4. p. 90</i>
<i>Quis sit Ordo Prædestinationis & Reprobationis.</i>	<i>ca. 5. p. 92</i>
<i>De coherentia Prædestinationis & Reprobationis cum libero arbitrio, & quomodo sit in nostra potestate Prædestinatio & Reprobatio.</i>	<i>ca. 6. p. 95</i>
<i>Epilogus.</i>	<i>pag. 97</i>

DE AVTHORE PECCATI, SEV,
*An alius sit Calvinistarum, alius
Catholicorum Deus. pag. 98.*

O P V S C V L V M III.

<i>Argumentum.</i>	<i>p. 98</i>
<i>Doctrina Calvinistica de eo, an Deus sit auctor peccati ad paucas propositiones reuocata.</i>	<i>p. 99</i>
<i>De peccatis aliorum hominum.</i>	<i>p. 100</i>
<i>Confectaria ex hac doctrina.</i>	<i>p. 101</i>
<i>Prima Caluini propositio refutatur.</i>	<i>ca. 1. p. 103</i>
<i>Secunda Caluini propositio refutatur.</i>	<i>c. 2. p. 110</i>
<i>Tertia Caluini propositio refutatur.</i>	<i>c. 3. p. 118</i>
<i>Quarta Caluini propositio refutatur.</i>	<i>c. 4. p. 121</i>
<i>Quinta Caluini propositio refutatur.</i>	<i>c. 5. p. 127</i>
<i>Sexta Caluini propositio refutatur.</i>	<i>c. 6. p. 128</i>
	<i>Septima</i>

I N D E X.

Septima eiusdem propositio refutatur.	c.7.p.130
Octava etiam.	c.8.p.131
Nona quoque.	c.9.p.142
Decima item.	c.10.p.145
Undecima refutatur.	c.11.p.149
Duodecima refutatur.	c.12.p.154
Reliqua tres propositiones refutantur.	c.13.p.160
An ex hac Caluini doctrina sequatur, alium esse Calvinistarum, alium Catholicorum Deum.	c.14.p.166
An ex Caluini doctrina sequatur, Deum Calvinistarum esse Diabolum.	c.15.p.172
An ex Caluini doctrina sequatur, nullum unquam tam impie de Deo sensisse, quàm Calvinum.	c.16.p.175
An præstet, nullum Deum, quàm talem credere, ac proinde atheum, quàm Calvinistam esse.	c.17.p.176
An propter hanc Caluini doctrinam possit aliquis prudenter à Calvinismo deficere.	c.18.p.177
Dogmata Caluini connexa per epitogum.	p.180

D E I V S T I F I C A T I O N E

Caluinistarum. p. 181.

O P V S C V L V M I I I I .

Ad Lectorem.	p.181
Caluini sententia ad certas propositiones reuocata.	p.182
Examinatur prima Caluini propositio, an peccata verè tollantur in Iustificatione.	c.1.p.183
Examinatur secunda Caluini propositio de iustitia inherente, & imputatiua.	c.2.p.198
Examinatur tertia Caluini propositio: an homo post iustificationem maneat peccator, & iniustus.	c.3.p.212
Examinatur quarta Caluini propositio, an omnia opera hominis iustificati sint peccata mortalia.	c.4.p.215
Examinatur	

more to come ...